Trithemius, Johannes; Brant, Sebastian [Sonst.]; Heynlin, Johannes [Vorr.]: Liber de Scriptoribus Ecclesiasticis
Basel, [nach 28.VIII.1494] [GW M47578] [Sack 3502] Seite 54b



Passionem thebeorũ metrice: li. j
Vitam sancti Guiberti: li. j
Gesta abbatũ Gemblacẽ. li. j
Vitã sancti Maclouij: li. j
Vitam sancti Theodardi: li. j
Contra papam Gregoriũ: li. j
Apologiam ad imperatorẽ: li. j
Contra epl'am Pascalis papæ: li. j
In Ecclesiasten heroico metro: li. j
Historiarum post Eusebium: li. j
De illustribus uiris: li. j Marcellus Marci urbis.R.
De compoto ecclesiastico: li. j
Sermonum quoq;: li. j
Epl'arꝝ ad diuersos. li. j
Alia etiam post hæc edidit:quæ cũ supra scriptis opusculis non signauit:
Claruit temporibus Heinrici imperatoris tertij regis quarti: Anno dñi.M.C.X.
Chronicam suam pduxit usq; ad annũ.Mill'.C.XI.

Calixtus papa secundus:natione burgũdꝰ:frater ducis Burgũdiæ:prius archiepiscopus Viennensis:sedit in pontificatu post Gelasium annis sex:uir in diuinis scripturis eruditus:& sæcularium litterarum nõ ignarus: amator sancti Iacobi apostoli præcipuus:ob cuius honorem ecclesiã Compostellanam in archiepiscopatũ sublimauit:Scripsit composito sermone & maxima diligentia:
De miraculis sancti Iacobi: li. j Calixtus eps seruꝰ seruoꝝ.
Epl'arꝝ ad diuersos: li. j
Et quædam alia. Claruit sub Heinrico quinto:Anno dñi.Mill'.C.XX.

Stephanus qui & Herrandus:Halberstatensis ecclesiæ quartusdecimꝰ episcopus:ex abbate Ilsenburgensis cœnobij:ordinis sancti Benedicti: natione teutonicus: uir in diuinis scripturis eruditus: & sæculariũ litterarũ non ignarus:ingenio subtilis & disertus eloquio:Scripsit non contemnendæ lectionis opuscula:sed in manus nr̃as pauca uenerunt. Scripsit in persona Ludouici comitis elegantissimã & utilem epistolam ad waltramum episcopũ Nienburgensis ecclesiæ defendẽtem Heinricũ rebellem ecclesiæ Romanæ:
Defensorium papæ: li. j Sicut bonus hõ de bono.
Et plures epl'as ad diuersos. li. j
Et quædam alia. Moriť sub Heinrico quinto:Anno dñi Mill'.C.VII. Indictione quintadecima: Et sepultus est honorifice in Reinſburgh.

Bernardus abbas Clareuallensis primus:ordinis Cisterciensis:natione burgundus:uir nobilis & sanctus:qui multis & in uita & post obitũ miraculis claruit:in diuinis scripturis eruditus:& sæculariũ litterarum non ignarus: ingenio subtilis & ornatus eloquio:quippe qui nihil in suis neglexit scriptis:quod ad ornandam orationem posset conducere: Edidit multa præclara opuscula: De quibus feruntur subiecta:
De consideratione ad Eugeniũ: li. v Subit aim dictare aliquid.
Meditationũ suarum: li. j Multi multa sciunt:& se.
De cõtemptu mũdi ad clericos: li. j Ad audiendũ ut credimꝰ.
De gradibus humilitatis: li. j Rogasti me frať Gotfride.
De gratia & libero arbitrio: li. j Loquente me nuper corã.
Ad milites templi: li. j Hugoni militi xpi & ma.
Speculũ uitæ religiosæ: li. j Si quis inter uos emenda.
De scala claustrali: li. j Cum die quadã corporali.
Ad carthusienses: li. j Fratribꝰ de mõte dei orien.

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/trithemius1494/0124
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg